



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

XII. De seditioso episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

luit agere sacerdotium , neque consenserit in sibi
commissa ecclesia ambulare , statim talem excom-
municari oportet. Quod si coactus contempse-
rit , sanctum Concilium , quod placet , de eodem
terminet.

XII.

Si quis episcopus ordinatus fuerit , & non
vult ipsam parochiam suscipere , in qua nominatus
est , sed alibi vult ordinare , & vim facit , & sedi-
tiones concitat contra eos qui illum ordinaue-
runt , hunc ab honore oportet remoueri. Si au-
tem in pristino honore presbyterii vult stare , non
vitetur , vt gradum quem habuit , retineat. Quod
si reluctatus fuerit , etiam de honore presbyterii ,
ab honore proprio deponatur.

XIII.

6. q. 4. Si
quis episco-
pus in. Vbi
dicitur , &
inaliis: ex
Concilio
Martini
pap.

Si quis episcopus in * aliquibus iudicatur , &
viderit ipsos episcopos qui in * prouincia sunt , in-
ter se in iudicio discrepare ; vt alii videantur eum
qui iudicatur , iustificare , alii condemnare ; pro de-
finitione huius dissensionis , hoc placuit sancto
Concilio , vt de vicina prouincia alter metropoli-
tanus conuocetur episcopus , vt per eum confirme-
tur , quod secundum rectum placuerit Canonem.

XIV.

10. q. 3. Si
quis episco-
pus nulla.
Burch. lib.
1. c. 215. &
lib. 3. c. 81.
Iuo p. 3. ca.
192. & 242.
& p. 5. c. 229.

Si quis episcopus nulla ecclesiasticæ rationis ne-
cessitate compulsus , * inscio clero , aut vbi forte * in fao
non est presbyter , de rebus ecclesiasticis aliquid
præsumperit vendere , res ipsas ecclesiæ propriæ
restaurare cogatur , & in iudicio episcorum de-
iiciatur * auditus , & tamquam furti aut latrociniï * auditus
& consuli-
ctus ,